

MASS PROPER: IMMACULATE HEART OF MARY

MASS *Adeámus cum fidúcia* (white)

INTROIT Heb 4. 16

Adeámus cum fidúcia ad thronum grátiae, ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilio opportúno. (T.P. Allelúia, allelúia.) Psalm. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Adeámus cum fidúcia ad thronum grátiae, ut misericórdiam consequámur, et grátiam inveniámus in auxilio opportúno. (T.P. Allelúja, allelúja.)

COLLECT

Omnípotens sempitérne Deus, qui in Corde beátæ Mariæ Vírginis dignum Spíritus Sancti habitáculum præparásti: concéde propítius; ut ejúsdem immaculáti Cordis festivitátem devóta mente recoléntes, secúndum cor tuum vívere valeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Ecclesiasticus, 24. 23-31.

Ego quasi vitis fructifiávi suavitátem odóris: et flores mei, fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis: in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me, omnes qui concupiscitis me, et a generatióibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatióibus sæculórum. Qui edunt me, adhuc esurient: et qui bibunt me,

Let us come with confidence to the throne of grace, that we may obtain mercy, and may find grace in seasonable aid. (P. T. Alleluia, alleluia.) Ps. 44. 2. My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let us come with confidence to the throne of grace, that we may obtain mercy, and may find grace in seasonable aid.

Almighty everlasting God, who in the heart of the blessed Virgin Mary didst prepare a dwelling worthy of the Holy Spirit; grant in Thy mercy, that we who with devout minds celebrate the festival of that immaculate heart, may be able to live according to Thine own Heart. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

As the vine I have brought forth a pleasant odor, and my flowers are the fruit of honor and riches. I am the mother of fair love, and of fear, and of knowledge, and of holy hope. In me is all grace of the way and of the truth, in me is all hope of life and of virtue. Come over to me, all ye that desire me, and be filled with my fruits; for my spirit is sweet above honey, and mine inheritance above honey and the honey-comb. My memory is unto everlasting generations. They that eat

adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elucidant me vitam ætérnam habébunt.

GRADUAL Psalm 12. 6

Exsultabit cor meum insalutári tuo: cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi: et psallam nómini Dómini altíssimi. V̄. Mémoires erunt nóminis tui in omni generatióne et generatióne: proptérea pópuli confitebúntur tibi in ætérnum.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V̄. Magnificat ánima mea Dóminum: et exsultávit spíritus meus in Deo salutári meo. Allelúja.

GOSPEL John, 19. 25-27

In illo tempore: Stabant autem juxta crucem Jesu, mater ejus, et soror matris ejus María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidisset ergo Jesus matrem, et discipulum stantem, quem diligébat, dicit matri suæ: Múlier, ecce fílius tuus. Deínde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua.

OFFERTORY Luke 1. 46

Exultavit spíritus meus in Deo salutári meo: quia fecit mihi magna qui potens est et sanctum nomen ejus. (T.P. Allelúja.)

SECRET

Majestati tuæ, Dómine, Agnum immaculátum offeréntes, quæsumus: ut corda nostra ignis ille divínus accéndat, qui Cor beátæ Maríæ Vírginis ineffábiliter inflammávit. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per

me, shall yet hunger; and they that drink me, shall yet thirst. He that hearkeneth to me shall not be confounded, and they that work by me shall not sin. They that explain me shall have life everlasting.

My heart shall rejoice in Thy salvation: I will sing to the Lord, Who giveth me good things: yea I will sing to the name of the Lord the most High. (Ps. 44. 18.) They shall remember Thy name throughout all generations. Therefore shall people praise thee for ever.

Alleluia, alleluia. (Luke 1. 46-47.) My soul doth magnify the Lord and my spirit hath rejoiced in God my Savior. Alleluia.

At that time, there stood by the cross of Jesus His Mother, and His Mother's sister, Mary of Cleophas, and Mary Magdalen. When Jesus therefore had seen His Mother and the disciple standing whom He loved, He saith to His Mother: Woman, behold thy son. After that, He saith to the disciple: Behold thy mother. And from that hour, the disciple took her to his own.

My spirit hath rejoiced in God my Savior: because He that is mighty hath done great things to me and holy is His Name. (P. T. Alleluia.)

We who offer to Thy majesty the Lamb without blemish, beseech Thee, O Lord, that our hearts may be kindled by that divine fire which so ineffably inflamed the heart of the blessed Virgin Mary. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Festivitate beátæ Maríæ semper Vírginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súplici confessiόne dicéntes:

COMMUNION John 19. 27

Dixit Jesus matri suæ: Múlier, ecce fílius tuus: deinde dixit discipulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accépit eam discipulus in sua. (T.P. Allelúja.)

POSTCOMMUNION

Divinis refecti munéribus te, Dómine, suppliciter exorámus: ut beátæ Maríæ Vírginis intercessiόne, cujus immaculáti Cordis solénnia venerádo égimus, a præsentibus periculis liberáti, ætérnæ vitæ gáudia consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Jesus saith to His mother: Woman, behold thy son. After that, He saith to the disciple: Behold thy mother. And from that hour, the disciple took her to his own. (P. T. Alleluia.)

Refreshed by these divine gifts we humbly beseech Thee, O Lord, that by the intercession of the Blessed Virgin Mary whose immaculate heart we now solemnly celebrate, we may be delivered from present dangers and obtain the joys of eternal life. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.